b)

in quas quisque uoluit formas: aqua prius adiecta defunditur. eamque concretam facile est eximere: quoniam qui subest humor non patitur formis inhaerere. Sed iam consumata disputatione de uillaticis pecudibus atque pastoribus: quae reliqua nobis rusticarum rerum pars subest de cultu hortorum Publi Siluine: de incepsita ut et tibi et Gallioni nostro complacuerat in carmen conferemus:)

FÆNORIS TVI SILVINE: QVOD quod stipulanti spoponderam tibi: reliquam pensiunculam percipe. Nam superioribus decem libris hac minus parte debitum: quod naturae persoluo reddideram. Superest ergo cultus hortorum segnis ac neglectus quondam ueteribus agricolis: nunc uel celeberrimus. Siquidem cum parcior apud priscos esset frugalitas: largior tamen pauperibus fuit usus epularum: lactis copia: ferinaque ac domesticarum pecudum carne: uelut aqua frumentoque summis atque humillimis uictum tolerantibus. Mox consequens et praecipua nostra aetas dapibus libidinosis pretia cõstituerit. Coenaeque non naturalibus desideriis: sed censibus aestimentur: Plebeia paupertas summota pretiosioribus cibis ad uulgares compellitur. Quare cultus hortorum: quoniam et fructus magis in usu est diligentius nobis q̃ tradiderunt maiores: praecipiendus est. Isque sicut institueram prosa oratione prioribus subnecteretur exordiis: nisi propositum expugnasset frequens postulatio tua: quae peruicit ut poeticis numeris explerem georgici carminis omissas partis quas tamen ut ipse Virgilius significauerat: post se memorandum reliquit. Neque enim aliter istud nobis fuerat audendum: q̃ ex uoluntate uatis maxime uenerandi: cuius quasi numine instigante: pigre sine dubio propter difficultatem operis: uerumtamen non sine spe prosperi successus agressi sumus tenuem admodum et pene uiduatam corpore materiam: quae tam exilis est: ut in consumatione quidem totius operis annumerari uelut particula possit laboris nostri: per se uero et quasi suis finibus terminata nullo modo speciose confici. Nam et multa sunt eius quasi membra: de quibus aliquid possumus affari: tamen eadem tam exigua sunt: quod aiunt graeci

**A. D. 1488. — Columella, De re rustica.**

Naples, Biblioteca Nazionale, V, A 5.

# A. D. 1488. — Columella, De re rustica.

Naples, Biblioteca Nazionale, V, A 5.

Page d'un manuscrit, exécuté par le calligraphe Giovanni Rinaldo Mennio de Sorrente pour le roi Ferdinand I. d'Aragon. On lit, à la fin : *Divo Fernando regi Aragonio Ioanrainaldus Mennius millesimo quadringentesimo LXXXVIII quod bene vortat transcripsit.* Dans les «Cedole di Tesoreria aragonese», à Naples (Reg° 124, fol. 198) on trouve à la date du 25 Février 1488 une note d'après laquelle Mennio aurait reçu pour la copie de 7 feuilles 10 ducats, 2 tari et 10 grana : *per lo scrivere de septe quinterni de pergamino de litera antiqua de uno volume intitulato Lucio Columella de agricoltura a ragione de XV carlini lo quinterno.* . . . . — Beau parchemin blanc. Grandeur des feuillets : 37 × 25,5 cm, de la surface écrite : 24 × 14 cm. Sur le manuscrit voir Nicola Barone, *Notizia della scrittura umanistica nei manoscritti e nei documenti Napoletani del XV° secolo* (dans les *Atti dell' Accademia di Archeologia, Lettere e Belle Arti,* Naples 1899); G. Mazzatinti, *La biblioteca dei re d'Aragona in Napoli,* Rocca S. Casciano, p. LXV et 167. — Notre page donne la fin du 9e livre et le commencement du 10e livre de Columella, *De re rustica.*

Ecriture humanistique. Les lettres sont rondes, larges, bien proportionnées et bien formées. A comparer les lettres de la minuscule carolingienne, pl. 71b. 77. 85. Les lettres des mots sont maintes fois reliées entre elles par le trait final. Les lettres longues, finissant par un jambage droit, ont une petite ligne horizontale ou oblique : voir **d**, **p**, **q**, **s** (10. 11); les hastes supérieures, au contraire, sont un peu épaissies en haut : voir **b**, **d**, **h**, **l** (10—14). De même les lettres brèves, qui finissent par un jambage droit, ont la plupart du temps un petit trait final : voir **i**, **m**, **n**, **r**, **u** (12.13). — Le fond de l'initiale (9) est d'or, le cadre est vert; la lettre **F** est verte, les figures d'ornement sont bleues en haut et grenat en bas. La première ligne du livre (9) a des capitales.

Lettres isolées. La plupart du temps **a** est oncial, souvent pourtant il a une double panse (10.11); pour **ae** on a une ligature (3. 13). **d** est droit (10). Voir **g** (13. 14). **i** est souvent surmonté d'un point léger (34. 35. 36). Le trait vertical de l'**r** est tantôt droit, tantôt recourbé vers la droite (5. 6); nous n'avons pas ici d'**r** arrondi. **s**, à la fin des mots, est tantôt rond, tantôt long (11. 12). Le jambage du **t** ne dépasse que peu la barre (10). Pour **u** et **v** on a toujours **u** (15. 17).

Très peu d'abréviations. Voir l'abréviation pour **m** et pour *quam* (10. 24).

Beaucoup de liaisons de boucles : voir par ex. lignes 10. 11. 12.

Ponctuation. On remarquera que pour la petite pause on a un double point (12. 15). Pour la grande pause on a un point (13. 16). Voir le grand signe à la fin du 9e livre (7).

Un trait d'union délié à la fin des lignes (4).

in quas quisque voluit formas, aqua prius adiecta defunditur. Eamque concretam facile est eximere, quoniam qui subest humor non patitur formis inhaerere. Sed iam consumata disputatione de villaticis pecudibus atque pastionibus, quae reliqua nobis rusticarum rerum pars subest, de cultu hortorum, Publi Siluine, deinceps ita, ut et tibi et Gallioni nostro complacuerat, in carmen conferemus.

**[Lucii Iunii Moderati Columellae rei rusticae liber undecimus.]** [1])

Foenoris tui, Silvine, quod-quod stipulanti sponponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe. Nam superioribus decem libris hac minus parte debitum, quod naturae persolvo, reddideram. Superest ergo cultus hortorum segnis ac neglectus quondam veteribus agricolis, nunc vel celeberrimus. Siquidem cum partior apud priscos esset frugalitas, largior tamen pauperibus fuit usus epularum, lactis copia ferinaque ac domesticarum pecudum carne velut aqua frumentoque summis atque humillimis victum tolerantibus. Mox consequens [2]) et praecipua nostra aetas dapibus libidinosis praetia constituerit, coenaeque non naturalibus desideriis, sed censibus aestimentur, plebeia paupertas summota praeciosioribus cibis ad vulgares compellitur. Quare cultus hortorum, quoniam et fructus magis in usu est, diligentius nobis quam tradiderunt maiores, praecipiendus est. Isque sicut institueram prosa oratione prioribus subnecteretur exor- [3]) diis, nisi propositum expugnasset frequens postulatio tua, quae pervicit, ut poeticis numeris explerem Georgici carminis omissas partes, [4]) quas tamen, ut ipse Virgilius significaverat, post se memorandum reliquit. Neque enim aliter istud nobis fuerat audendum, quam ex voluntate vatis maxime venerandi, cuius quasi numine instigante — pigre sine dubio propter difficultatem operis, verumtamen non sine spe prosperi successus — agressi sumus tenuem admodum et pene viduatam corpore materiam, quae tam exilis est, ut in consumatione quidem totius operis annumerari velut particula possit laboris nostri, per se vero et quasi suis finibus terminata nullomodo speciose confici. Nam et multa sunt eius quasi membra, de quibus aliquid possumus affari, tamen eadem tam exigua sunt, quod aiunt Graeci

[1]) Dans les éditions imprimées de Columella, le 10e livre. [2]) L'édition de Venise de 1528 a : *cum sequens.* [3]) r suscrit. [4]) Ms. *partis.*